



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de**

**Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. V. Mutinen, majoratus de Seghitiis. De eadem materia, An in majoratu Italiae attendi debeat prærogativa lineæ, val illa ætatis, & concluditur pro ætate.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

genium ac stylum) magis substantiam voluntatis, quam formalitatem verborum, Quod scilicet prudens testator inter omnes filios quandam divisionem ferè æqualem fecit aliorum bonorum, ita considerando, seu distribuendo lineas per singulos constituendas cum ordinatione fideicommissi reciproci & descendivi in qualibet linea discretivè; Postmodum verò in ipso castro cum annexis ita disposuit cum universa descendencia, ita absque distinctione linearum considerata tanquam unum corpus, seu unum collegium, cujus senior ex prærogativa antianitatis tanquam species Decani hanc majorem præminentiam cum utilitate haberet; Et sic non agebatur de majoratu in universa hæreditate, sed de re particulari, eo modo, quo e. g. in Capitulo vel Collegio prima Dignitas, seu Decanus habet partem duplicem seu privilegiatam præbendam.

Quoverò ad alteram partem seu inspectionem, circa quam in subsequentibus disputationibus major fuit quaestio, An scilicet, stante quod castrum jure novæ investituræ in aliam lineam sub diverso successione ordine ingressum erat, illud reliqua bona sequi deberent, non curata dicta dispositione, ex natura accessorii, ut sequi debeant illam sui principalis, vel ex regula *c. cum cessante de reg. jur. in 6.*, in quibus ac similibus generalitatibus insistebatur; Verùm reflectendo etiam ad solam veritatem, justa viæ fuerunt resolutiones, nedum ex generalitatibus, quæ ex hac parte deducebantur, ac in decisionibus habentur, præsertim super limitatione dictæ regulæ *1. xxi. in cap. cum cessante*, ut non procedat, quando effectus jam est consumatus, ac in esse productus cum similibus; Sed principaliter ex eo quod spectare oportet substantiam verisimilis voluntatis testatoris, attento eo tempore ac rerum statu, quo ita constituto in pluribus bonis, non per hoc quod casualiter aliqua ex eis insperato cessent, debet in totum dispositio cessare, sed illa sustineri debet in ea parte, in qua sustineri potest juxta ea quæ in proposito deficientis alicujus portionis vel partis bonorum latius ponderantur infra in *Fr. vana primogenitura disc. 39. Et in aliis*; Cum enim per hujusmodi novam investituram à successore affectatam, testatori injuria potius illata videatur, ita esset ex delicto reportare præmium, atque obtinere bona contra expressum ac directum defuncti iudicium; Et clarius quia dictus diversus titulus non videbatur de jure sustentabilis, quamvis de hoc actum non fuerit, sed alteri inspectioni id reservatum; Si enim vera esset regula accessorii sequi debentis naturam principalis, resultaret quod si Castrum devolutum esset ad Dominum directum qui pro se retinisset, vel alteri extraneo concessisset, ita dicta alia bona ad Dominum, vel alium concessionarium spectare deberent, contra directam voluntatem testatoris, nisi constaret de istius animo faciendi formalem unionem istorum bonorum feudo eaque efficiendi feudalia, & membra feudi, juxta deducta per *Revitum consil. 101. lib. 2.*, & pluries in sua materia *sub tit. de feud.*

## M V T I N E N.

MAIORATVS DE SEGHITIIS  
I N T E R

ANTONIVM MARIAM  
ET HERCVLEM DE  
SEGHITIIS.

*Responsum ad causam.*

De eadem materia, An in majoratu Italiae attendi debeat prærogativa lineæ, vel ætatis, & concluditur pro ætate.

### S Y M M A R I V M.

- 1 **F** Alti series.
- 2 **D**e opinione Alexandri, & sequacium super majoratu saltuario inspecta ætate.
- 3 **D**ava etiam dictæ saltuariorum, ad hoc attendenda videtur quaedam generalis distinctio linearum.
- 4 **P**ro eo propinquo, an in casu majoratus, gremio vincat ætatem.
- 5 **V**bi constat de voluntate testatoris non esse absurdam, & an voluntas sit rationalibus non.
- 6 **Q**uomodo iudices debeant se gerere circa defunctorum voluntates & dispositiones.
- 7 **Q**uando terminus dicatur agnoscens, vel non agnoscens ad denotandam majorem ætatem.
- 8 **A**tenditur, an latine, vel vulgari sermone spositio concepta sit.
- 9 **D**e alia circumstantia, ob quam consuetudo majoris ætatis major per naturam.
- 10 **Q**uomodo istæ quaestiones majoratus decideri debeant.
- 11 **F**inis controversiæ.

### D I S C. V.

**F**laminus de Seghitiis, institutor ad vitam de filiabus, post earum mortem ejus hereditate deferri voluit in primogenitum, istoque mortante in natu majorem inter ipsarum filios matulos, & sic successivè de seniore in seniore, in onere assumendi cognomen & insignia; Iplem que filiarum linea masculina defecta, vocavit quatuor ex Camillo germano fratre prædefuncto nepotes cum perpetuo successivo. & reciproco commisso generali inter ipsos, eorumque filios descendentes masculos, nullo præscripto ordine primogenituræ vel majoratus; Istis autem lineis quoque defectis, vocavit seniore propinquum filium testatoris, de ejus casta & familia de Seghitiis & sic successivè de seniore in seniore in perpetuum, donec dicta familia durabit; Defectis quoque omnibus dictis lineis filiarum ac nepotum, successio delata est prius Paulo, deinde Fortuniano, deinde in Paulum juniorem prædictorum Pauli agnatis testatori sexto circiter gradu conjunctis, deinde in Paulum juniorem prædictorum Pauli Fortuniani ex Hercule fratre prædefuncto nepotem, quo Paulo defuncto, superstitite Hercule in minori ætate constituto, præensionem accepit Antonius Maria de eadem familia, sed de dicta linea, quamvis ab eodem stipite descendens testatori undecimo, & Paulo ultimo defuncto decimo tertio gradu civili conjunctus, Et introducta desuper lite in Consilio, vel alio Tribunali Martis ex parte dicti Antonii Mariæ actoris, ac ætate majoris requisitus fuit ad scribendum more Advocati ad causæ opportunitatem.

Quare constituta eadem theoria, de qua in alia *Musinen. disc. 1.*, more scribentis ad causæ opportunitatem plena manu colligebam autoritates foventes opinionem Alexandri consil. 101. lib. 4. super majoratum Italiae saltuariorum, etc.

eorumque differentia ab eisdem Italia primogenituris, seu Hispaniæ majoratibus, quamvis tunc edicte non fuissent decisiones in *Pisaurum Majoratum*, de quibus *disco. præced.*, quæ nimium profuissent; Reflectendo tamen ad veritatem pro prærogativa lineæ nimium apud me urgebat consideratio, quod ipse testator esset de eadem lineâ, seu colonnello, de quo erant Paulus defunctus & Hercules ejus filius, dictus verò Antonius Maria descendebat quidem ab eodem stipite, nempe à Geminiano patre Cæsaris & Marfilii, quorum primus constituebatur lineam dicti Antonii Mariæ, alter verò tam lineam testatoris quam illam Herculis cui conventi, sed erat nimium remota separatio, cum dictus Flaminius testator esset pronepos dicti Marfilii, & consequenter abnepos Geminiani communis stipitis, unde videbatur, quod ubi etiam testator ordinare voluisset illum majoratum saluarium, quem dicimus Italiae, differentem à primogeniis, atque pro senioribus de facto & per naturam, ut probabilius videbatur ex infra ponderandis, adhuc tamen intellexerit intra genus personarum propria lineâ, seu colonnelli, juxta ea quæ habentur in celebri consilio *Societatis inrer illa Curtij conf. 40. cum concordant. per Peregr. conf. 47. lib. 2. Allegad. conf. 79. num. 56. & seqq. conf. 46. num. 22. & sequen. & conf. 95. num. 81. & sequen. & num. 114. & seqq. lib. 2.*, ut scilicet etiam in testatore, in quo non verificetur lineâ effectiva, sed tantum contentiva, adhuc deur distinctio inter contentivam proximam & remotam, sive propriam & alienam colonnellum, de qua distinctio pluries in aliis infra *hoc eodem tit.* A quo hoc mihi maximam inferebat difficultatem, unde propterea actori requirenti consului, quod curaret eo meliori modo quo posset, se concordare, ut mihi supponitur sequutum esse, & sic quod starent bene simul, ut ageretur de majoratu improprio, seu saluario pro naturaliter nato majore, spectata sola prærogativa ætatis, non autem lineâ, sed intra istud genus, seu istam lineam absque mixtura lineæ seu generis diversi.

Potissimè quia testator vocavit aliquem seniore sibi propinquum; Licet enim super hoc responderem, quod cum testator circa propinquitatem adhibuisset terminum positivum non autem comparativum, vocando scilicet propinquum, non autem propinquiorem, ita non intrabat inspectio majoris proximitatis, sed solum qualitas propinquitatis, quod scilicet esset de illo ordine, seu genere, ad differentiam aliorum, qui essent de eadem familia, seu cognomine, absque aliqua attinentia, seu certa dependentia ab eodem stipite, ut de facto in eadem Civitate adesse supponebatur, Attamen id magnum argumentum videbatur, quod testator intellexerit de suis conjunctis, id est de proprio colonnello seu propria lineâ, non autem de alia prædicta, quæ licet ab eodem stipite constituta ob nimiam remotionem effecta erat quodammodo extranea.

Seclusa verò ista difficultate, Quatenus pertinet ad punctum majoris natu, an scilicet veniret ille, qui est talis per naturam cum sola prærogativa ætatis, vel potius qui est talis, quamvis junior ex fictione legis ob prærogativam lineæ, Quamvis ubi præsertim agitur de lineâ jam admittitur, atque de denu-dando filium, vel fratrem morientis bonis jam possessis, pro istorum transitu ad remotissimum transfersalem de lineâ omnino diversa, ut erat in casu præsentis controversiæ, videretur nimis asperum & absurdum, ut in dicta alia *Murines.*, Attamen mihi videbatur concludi debuisse pro actore habente prærogativam ætatis ob voluntatem testatoris, qua

concurrente sicuti non intrant verisimilitudines, præsumptiones & argumenta juxta vulgarem regulam *sexus in l. illo aut illo §. cum in verbis ff. de legatis 3.* Itaque neque curantur absurda & inconvenientia, quoniam attendendum non est, quid testator facere debuerit, sed quid facere voluerit, sive non quare, sed quid fecerit, ut cæteris relatis advertitur apud *Cyriac. controuv. 281. num. 36. cum sequen. & per Rotam in Bonon. fideicommissi de Amovinis 26. Junii 1658. & 30. Maij 1659. coram Melis impress. post collationes Bonon. decis. 52. & 66. & de qua causa habetur infra *disco. 30.**

Dicebat enim magister meus ex traditione majorum, quod judices non faciunt testamenta, sed illa exequuntur, quando sunt clara, non curato an rationabiliter, vel irrationabiliter ordinata sint, interpretantur verò, quando sunt dubia, istoque casu pro congrua interpretatione intrant generales propositiones in foro volitari solitæ super evitandis absurdis, ac attendendo id quod si testator resurgeret, & interrogaretur, verisimiliter responderet, ita in sensu allegorico capiendum tanquam prudentem illam fabulam, quæ in sensu literalis ad eum imprudens reputari solet de illo iudice, qui disputantibus partibus coram eo de ambigua defuncti voluntate, jus sit evocari defunctum, illumque interrogari, ut advertit *Thef. jun. lib. 1. qu. 17. n. 7.* & sæpius repetit doctus modernus *Cyriacus.*

Duæ siquidem demonstrationes hujusmodi voluntatem clarè probare videbantur; Primò nempe, quia, ut etiam habetur in *Pisaurum. disco. præcedentis*, quinimò clarius, testator non adhibuerat simplicem terminum majoris natu, in latino sermone, unde cadere posset probabilis difficultas, An hunc terminum haberit pro synonymo cum illo primogeniti, vel etiam in idiomate italico adhibuisset terminum *Majorasco*, qui etiam æquivocus dici potest ob rationem consideratam *disco. d. se. 1.*, quod scilicet stante longa dominatione Hispanicæ Monarchiæ in notabili parte Italiae, magna vocabulorum mixtura inducta videretur, ac probabilis dubitatio intrat, an testator intellexerit de *Majorasco* juxta usum Hispaniæ; Hæc autem dubitatio in præsentem cadere non poterat, dum Italico idiomate vocaverat seniore cum verbis univocis juxta communem loquendum conveniens illi, qui naturaliter esset ætate major, hoc est *il più vecchio*, dictaque consideratio, an dispositio concepta sit latino vel vulgari sermone, habetur ad aliud propositum apud *Rotam decis. 216. num. 3. par. 2. rec.*, & sæpius etiam infra in hac materia fideicommissaria, præsertim in proposito questionis, an masculinum concipiat femininum, cum similibus.

Et secundo fortius ob dictas alias præcedentes diversas dispositiones, dum agendo de prima inter filios masculos filiarum, vocavit earum primogenitum, quatenus de tempore facti casus superviveret, sin minus majorem natu inter eos, & successivè de seniore in seniore; Et sic habuit pro diversis seu discretis primogenitum & majorem natu, dum supposita successione istius, mandavit continuationem de seniore in seniore; In altera verò dispositione ad favorem nepotum ex fratre, non curavit primogenituram, nec majoratum, sed etiam fideicommissum simpliciter, ac universali vocavit omnes; Demum verò extinctis etiam istis quatuor lineis, quod verisimiliter cogitavit, vel nunquam, vel non nisi ad remotissimum tempus, atque post sæcula eventurum esse, vocavit seniore de casata, seu familia in genere, non cogitando ad pluralitatem vel distinctionem linearum, neque eadente ratione majoris affe-

de LUCA  
De  
tamentis  
et  
CVI  
9

affectionis potius erga unam quam alteram lineam, dum incertus omnino erat, quinam superextituri essent; Et consequenter consideravit universam familiam tanquam unum genus seu unum corpus, quodque tanquam in Collegio personarum, quae omnes pariformiter supponebantur remota & extranea, haberet hanc prerogativam senior ad instar Decani in Capitulis & Collegijs, quod supra in alijs ponderatum est; Atque cum istis considerationibus procedendum est in hujusmodi quaestionibus decidendis, pro singulorum scilicet casuum particularibus, & individujs circumstantijs, non autem quid dicant DD. in genere, & quae sit magis vel minus communis cum calculis arithmeticijs, & per classes, ut frequenter cum nausea fieri videmus; Unde propterea in penè identicis casibus sub eisdem articulis, & conclusionibus cadentibus, aded diversimodè judicare oportet, quod ignarum vulgus percipere non potest; Difficultatem tamen ut supra in praesenti casu faciebat dicta alia consideratio diversitatis familiarum seu linearum, quodque testator de sua magis intellexerit juxta ponderationem, quae etiam habetur *infra in Romana legati de Carafis disc. 52.* atque ex hoc sentiebam difficultatem contra auctorem, cui proinde consului concordiam, per quam mihi supponitur controversiam habuisse finem.

## VRBEVETANA

### MAIORATVS

PRO

COMITE MARCO ANTONIO  
DE MARSCIANO

C V M

COMITE GUIDO ANTONIO ETIAM  
DE MARSCIANO.

*Casus disputatus coram A. C., & resolutus  
pro Guido Antonio.*

De majoratu ordinato ad favorem senioris pro administratione ad favorem omnium, non autem pro successione ad favorem unius; An importet verum majoratum: Et an ex istius derogatione facta per Principem resultet derogatio fideicommissi universalis ordinati inter descendentes; Et de alio casu majoratus administratorij, quod non alteret naturam fideicommissi universalis & simplicis, neque importare dicatur verum majoratum seu primogenituram; Et incidenter de puncto, An vocato proximior agnato, suffragetur illa major proximitas, quam agnatus ex latere paterno seu testatoris remotior, habeat cum ultimo moriente per latus maternum de eadem familia.

- 1 **F**acti series.
- 2 **D**e consil. 21. Oldrad., ut fideicommissum suae filius, exiret filii relicto.
- 3 **R**esolutio causa, & de ratione resolutionis.
- 4 **A**ccedente derogatione fideicommissi facti Principum, bona remanent libera.
- 5 **N**on debetatur de potestate Principis derogatio fideicommissi.
- 6 **Q**uid sit proprie majoratus, vel primogenitura.
- 7 **D**ari potest plura bona dominium, & sibi sibi penes plures pro communis, & sibi sibi.
- 8 **S**tant simul bona spectare ad omnes descendentes jure simplicis fideicommissi, & admittuntur non esse penes natu majorem.
- 9 **I**n hoc majoratus administratorio magis, quam in cessorio intrat differentia inter majoratiliam, & illis Hispania.
- 10 **D**e alio casu consensu, in quo bona sub fideicommissio stare debebant indivisa, & de derogatione talis dispositionis, ut non perentiam stantiam fideicommissi.
- 11 **Q**uod proximior gravatus per latus maternum vincat eum, qui esset proximior spectante latere testatoris.
- 12 **C**ontrarium verius, refutato Fulario.
- 13 **D**e alio casu majoratus administratorij.
- 14 **F**ructus, & redditus bonorum dicuntur diversum à bonis.
- 15 **Q**uomodo ista controversia decidi debeat.

### DISC. VI.

**A**ntonius de Marsciano, relicta dote filiabus, novem filios masculos aequale haeredes instituit cum reciproca inter eos quae docunque abque filiis decedentes, omnibus ita morientibus, cum substitutione pro medietate ad favorem filiarum, & pro altera ad favorem proximiorum de familia; Pro conservatione item decoris ac ornatus jurisdictionis castro allodialium, quae in ejus hereditate relinquenda. Voluit eorum dominium, titulum, administrationem, & jurisdictionem esse debere penes natu majorem pro tempore, qui fructus & emolumenta fratribus ac alijs successoribus communicaret duplicata parte pro se retenta, prohibita tamen per divisione.

Ex dictis novem filijs, sex obierunt abque prole, unde consolidatis bonis in Ludovico, Bernardino, & Alexandro, isti spreto testatoris procepto, ad divisionem processerunt, deindeque habitantes, de incurfu caducitatis, obtinuerunt a Leone X. dictae divisionis approbationem, cum remissione cujuscumque caducitatis, ac etiam, ut opus esset cum condonatione bonorum, derogando in hac parte dictae testamentariae dispositioni, ea in reliquis omnibus firma manente.

Linea Bernardini in duos ramos, seu colonello divisa fuit, Raynutij scilicet & Hieronymi ejusque filiorum, atque defuncto sine prole Francisco Antonio ultimo de linea seu colonello Hieronymi hic scripti haeredem Guidum Antonium de altera colonello Raynutij ejus ex sorore nepotem, qui inspecto communi stipite paterno, distabat decimo gradu, Unde propterea Marcus Antonius de eodem colonello Raynutij, defuncto natu magis proximus septimo gradu civili inter omnes etiam natu major, judicium coram A. C. instituit ad hujusmodi portionem defunctam in